



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismus
Catholicus, summam Christianæ institutionis III. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

1. Quòd voluntas Dei est, vt de iusto lucro viuamus: ad hoc vult ipse cooperari

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

git, 2. Paral. 28. Nabuchodonosor insanus efficitur, Dani. 6. & regno spoliatur filius eius Balthasar. Antiochus in magnis pœnis moritur, 1. Machab. 1. & 6. 2. Ma. 9. Philistini rapientes Arcam, pessimè puniuntur, 1. Reg. 5. & 6. Videant igitur raptores bonorum Ecclesiæ, videant quoque vtentes bonis Ecclesiæ, neglecto diuino officio, quibus Christus minatur Mar. 23. Væ vobis scribæ & Pharisei, qui comeditis domos viduarum, longas facientes orationes &c.

CAPVT XX.

ARGVMENTA.

1. *Quòd voluntas Dei est, vt de iusto lucro viuamus: ad hoc vult ipse cooperari.*
2. *In quibus rebus sit lucrū turpe & inhonestū.*
3. *De punitione quæ sequitur hic & in futuro iniustum lucrum.*

Dimò, maximè vult Deus, vt iusto labore nos conseruemus in hac vita, & pro illo etiam vult suam adiungere benedictionem, vt maximè caueamus ab omni inhonesto & turpi lucro. sic dicit Psal. 127. Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus es, & benè tibi erit: non autè eris beatus, nec benè tibi erit de turpi lucro viuere. Et Gen. 3. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: non dicit, de turpi lucro vesceris. Sic Sapien. 10. honestauit illum in laboribus, id est, qui iusta arte laborat, & cõpleuit labores illius, id est, sua benedictione: adiecit preciũ & fortunam, vt cum suis viuat. Et Apostolus hoc maximè desiderat in eligendo Episcopo, ne sit turpi lucro deditus & cupidus. 1. Tim. 3. ad Tit. 1. & 1. Pet. 5. nec turpis lucri gratia &c. Diligit ergo Deus maximè eũ, q̄ de iusto labore & lucro viuunt, & maximè illũ odit, qui de turpi lucro viuunt. Illũ etsi pmittat hic viuere & p̄spe-

rari ad tempus, in futuro tamē benedictione carebunt. Ideò dicit Dauid Psal. 36. Melius est modicum iustum super diuitias peccatorum multas, id est, quàm diuitias cum peccato acquisitas.

Secundò, sunt multæ species turpis lucri, est enim primò vsura, est rapina in bello, & in via, est furtum occultum in vendendo falsas merces: est lucrù falsum, monete, est preciù lupanaris. Summa, est omne lucrum quod cum peccato acquiritur & iniustè: de illo viuitur, coram Deo est peccatù. Est primò vsura, soluentium debitum & mutuum, nihil ampliùs debet, iuxta Christi præceptù Mat. 5. mutuù dantes, nihil inde accipientes. Vult enim Deus exerceri & ostendi charitas erga proximù. Igitur si quid vltra mutuù exigitur, vsura & peccatum est. Nam dicitur Deut. 23. Fratrem tuum absq; vsura mutuabis id quo indiget. Et Dauid benedicit eum, qui non dedit pecuniam ad vsuram, Psal. 14. Est ergo hoc turpe lucrum, viuere de vsura. Deinde, viuere de rapina ex bello conquisita, iniustum bellum bello. Iusta enim bella gerentes, fiunt veri Domini rerum quas capiunt: & ideò res captas iniuste tenent. Sunt autem iusta bella quæ suscipiuntur à legitimis potestatibus ad propulsandam iniustam viam, vt contra Turcam seu latrocinium, quandò quis occidit aut spoliat alieni principis subditos sine iusta causa: vel cùm suscipiuntur ad puniendum manifestum scelus alicuius populi aut principis, vt Israelites mouerunt bellum ad puniendã tribù Benjamin propter stupratã Leuitę coniugẽ, Iudic. 19. Nam Deus deò constituit magistratus, vt depellant latrocinia, puniant manifesta delicta, Rom. 13. bellum itaq; gerere iustum est. Cùm bellum sit vna ex acerbissimis pœnis, quibus Deus mundũ punit, pleraq; accidunt bellis atrocia, quã exacta iustitię norma postulat in mediũ in his actionib. accuratè institui potest. Attamen si principalis causa est iusta, sciat quoq; bellum militari

militari
fidere
necess
delita
ma, vt
bus au
1. Cor
de tur
lorum
quod
rem p
prohil
auarit
quide
tamen
ferè n
ria pe
nonnu
mos lu
aleas c
turpi l
suum
lo, fra
sapien
labor
vbi de
princi
tur de
sti & l
fecerit
nones
tali tu
Deus
modò
recept
fenta